



~~11-58.~~

EX BIBLIOTH.
NATIONIS HUNGAR.

VITEBERG.

11-58.

SIGNAT. MDLCCCLXIII.

Q. D. B. V.
RECTORE MAGNIFICENTISSIMO
SERENISSIMO PRINCIPE AC DOMINO
DNO, FRIDERICO AVGVSTO

ET
SVFFRAGANTE PHILOSOPHORVM
IN
ALMA VITEMBERGENSI COLLEGIO
DISPVATIONE PRIORI

MINERVAM
VICTRICEM

D. XVIII. KAL. DECEMBRES
c1o 1o ccIII

ERVEDITORVM EXAMINI SVBMITTENT
PRAESES

M. IO. GERARDVS PAGENDARM

ET
RESPONDENS
GABRIEL HASENBERG
LVBECENSES

VITEMBERGAE, PRELO GERDESIANO

...
Cui mentem Pallas, Vena os. decoravit utriusque
Fano divitiis. *Barth Jac. b.*

OMISSIO
DNO. FRIEDRICO AUGUSTO
ALMA VITTEMBERGENSI COLLEGIO
M I N E R V A M
V I C T R I C E M
D. XVII. KAL. DECEMBRIS
M. O. BERARDVS FACIENDVM
CAROLVS HENRICHVS
VITTEBERGENSIS
VITTEBERGENSIS





Abulosam Graecorum Gentem in ob-
seruando Deorum Dearumque cultu
non minus circumspexam quondam,
quam diligentem esse uoluisse, cogni-
tum est dudum iis, nec latere potest
in praesens, qui uel in antiquitatis pa-
rum uersati sunt studio, uel etiam scri-
pta ueterum a limine salutarunt. Non
minimum laboris requiritur, et industriae, ut omnium
omnino Deorum, Dearumque, quas ceremoniis, altaribus,
et templis coluit magnificentissimis, mentionem faciamus,
numerumque recenseamus. Quin nobis nostroque suffice-
re uideretur instituto, de Minerua Victrice paululum differe-
re, quam Graeci Athenis, sub nomine τῆς Ἀθηνῶν Νίκης, di-
uinis insigniuere honoribus, iisque innumeralibus uenerati
sunt. Id quod magnus Graecorum Polyhistor, et quem
omnibus laudum generibus omnes cumularunt, Plutarchus
satis perspicue testatur in oratione, quae inscripta est περὶ
ἰερέας. Graecorum quidem cum memoriam replicamus,
quibus ea tempestate multae nationes, et morum, ingenii-
que et sacrorum disciplinam acceptam retulerunt: non su-
mus incerti, illorum, quoad ritus consideramus sacros, ue-
stigiiis tam arte Romanos et constanter instituisse, ut eo, quo
Athenis Graeci, pietatis cultu Romae Mineruam Victricem
profecuti sint. Quod neque inficiatur Romanorum prin-
ceps oratorum, Cicero, neque Lil. Gregorius Gyraldus,
neque plures alii, quos adducere omnes, animus non est.

Quo magis uerò in eorum sententias incumbimus eruendas, eo maiori afficimur tristitia, cum subuereamur, ne cuiuslibet opinioni et expectationi uix et ne uix quidem satisficiamus, siquidem huius Deae cogitationem suscipiamus, historiamque illius, res praeclare fortiterque gestas, et quid tandem sub illis intelligendum sit, sedulo exquiramus, et ea, quam ingenii modus capit, cura exponere contendamus. Quare summa nitimur fiducia, fore, ut in benignissimas lectorum manus illa, quae praesenti complectimur disputatione, et oculos incurrant, dum a nobis, qui primoribus labris uix gustauerimus hoc studii genus, atque extremis, ut aiunt, digitis attigerimus, multum expectari nec potest, nec debet.

Scimus

Literarum tam expertus est nemo, qui nesciat, multum difficultatis in exquirendo Mineruae uocabulo doctis suboriri, propterea, quod eam, quam de huius origine quilibet fert sententiam, defendere pro ueritate conatur. Reconditae uir doctrinae Arnobius, eam a Minerua a ueteribus dictam putat, atque hanc Memoriam ex eo capite sibi persuadet, quod Mineruae matrem Afranius in A. Gellio memoria facit, *Lib. III. contra G. Longe subtiliorem significationem e Festo adducit Paulus. Minerua, inquit, dicta, quod moueat. Hanc enim pagani pro sapientia ponebant.*

Ety.

Quorsum et oculos coniecisse scimus G. I. Vossum, cum ab antiquo Meneruo, Mineruam illam dictam esse autumauit. Misti facimus haec, quae optime a uiris alioqui de re literaria probantur meritisimis, et cum illorum iudicio suspendimus nostrum. Longum etiam sit, enumerare, quae Isidorus, aliique scriptores, de huius nominis ortu literis consignauerunt. Magis iuuabit meminisse, quod ille, quem supra in medium protulimus, Cicero, de uoce Mineruae *lib. III. de N. D. dixit, Mineruam, quam Romae inuocarent, uel a rō minari, uel, quod idem est, a minis, quas intendit, suos repetere natales. Quae quidem deriuatio, cum a Cornificio Poeta, quem Ciceronis tempore uixisse nouimus, approbatur, et ad nostram Deam, eiusque indolem maximopere* spe-

spectat; rei conuenienter fecerimus, siquidem horum originationem approbemus, ita tamen, ne illorum omnino negligere uideamur. De adiuncto Vidrix nihil est, cur multa dicamus, qui paulo inferius pluribus idem tractaturi sumus, et probe intelligamus, neminem, cui latinitatem per transfennas tantum inspicere licuit, negaturum, quin illud a uerbo quidem *uincō* existat. Restaret adhuc explicandum, quam diuerso etymo Graeci Ἀθηνᾶν, quae nostra est Dea, nuncuparint, atque id exponere, non adeo foret iniucundum. Sed tamen, cum illa omnia excutere, nostrum non sit, non solum, quod Phornutus, in *N. D. Tit. de Minerva*, sed etiam praeter ceteros supra laudatus L. G. Gyraldus in *Hispor. D. T. 1. Synr. XX.* hoc munere atque hac opera iam dudum defuncti sunt: nihil quidem dubitamus, quin rei huius amantes, locos, a nobis expromptos ipsi euoluere, et priuata, quoad fieri potest, industria perlegere malint.

Maioris autem momenti duximus, ut uariae uocis Minervae notiones in medium afferantur, et significationes illius, quas ex ueterum scriptis, non minima excerpimus cura, uni quasi obtutui a nobis exhibeantur. Principio quidem uenit in mentem recordari Noemae, uel quod perinde est, Naemae, Lamechi filiae, Mosis memoratae in *Genesi c. IV. n. 22.* Quae cum pro incredibili ingenii excellentia atque magnitudine lanificium et texturam reperisset, ueteres eam Minervae, cui id inuenti tribuitur, nomine insigniuerunt. Quam in sententiam non erit alienum, testes citare Genebrandum in *Chronicis*, et Lipomanum in *Catena*, atque Comestorem, qui addunt, illam propter singulare hoc inuentum memorari praeter morem Scripturae, quae non solet in Genealogiis referre faeminas, nisi eximiam ob uirtutem, aut mysterii causa. Insciantur quidem hoc alii magni nominis uiri, et quia Noema uenustam notat, eo arbitrantur esse Venerem gentium, atque idem colligunt ex eo, quod in S. Scriptura fratri iungatur Thubalcaino, id est, Vulcano, cuius uxorem fuisse Venerem, Poetae fingunt. At enim uero neque adduci, neque a nobis impetrare possumus, ut eorum suffrage-

3
Cepus?

Minerva
Noema

Felmannus

mur sententiae, qui maiori iure, atque emunctae naris uiri G. I. Vosfii autoritate suffulti, coniciamus, maxime uerisimile uideri, Naamam, quod tribus praeclare rei inuentoribus iungatur, Iabal, Iubal et Thubalcain, rei illius egregiae inuentricem fuisse. Cum autem nos minus fugit, nullum faemina dignius esse inuentum, textura et lanificio, neque a genibus hoc repertum uiris tributum, quos apud antiquos nunquam, si effaeminatum Sardanapalum excipias, texuisse, sed faeminas, in propatulo est: non inique concludimus, Naamam illas inuenisse artes, atque adeo Mineruae appellatione contineri. *Vid. G. I. Vosfii Theologia Gent. L. I. cap. 17.* Quod si aetheris indagemus naturam, negare non possumus, neque cultoribus scientiae naturalis erit ignotum, illum per saepe, imo et aerem quondam Mineruam fuisse nominatam. Causa huius rei si maxime obscura credatur, non ab erit, eam patefacere, patefactam autem eruditorum testimoniiis illustrare. Gentes antiquioris aevi tanti faciebant aetherem, ut nullis eum inquinamentis esse obsitum, nulla eque corruptioni obnoxium, sed summum et purissimum uniuersi mundi locum obtinere arbitrarentur. Quo fiebat, ut aetheri, Mineruae, quae e Iouis capite enata erat, et uirginitate nunquam laesa, nomen attribuerent. Quorsum attinet, quod apud Diodorum Siculum *L. i.* ubi de Aegyptiorum religione tractat, legitur: τὸν δ' αἴρα προσαγορεύουσα Φασὶν Ἀθηναῖν, μεθερμηνευομένης τῆς λέξεως, καὶ Διὸς θυγατέρα νομίσαι τάντην, ἢ παρθένον, ὑποστήσασθαι, διὰ τε τὸ ἀφ' Ἰδαίου εἶναι φύσει τὸν αἴρα, καὶ τὸν ἀκρότατον ἐπέχειν τόπον τῶ συμπαντι κόσμῳ. διόπερ ἐκ τῆς κορυφῆς τῆ Διὸς μυθολογηθῆναι συνέβη τάντην γενεά. Nec minus laudatis congruit uerbis, quod exstat apud B. Augustinum *Lib. IV. de Ciuit. Dei Cap. X.* *Aetheris partem superiorem Mineruam tenere dicunt, et hac occasione fingere Poetas, quod de Ioue nata sit.* Equidem multa adhuc alia commemorare possemus, quae sub eadem uoce ueteribus exprimebantur, dummodo id nostri instituti ratio permitteret. Tacemus, lunam dictam fuisse Mineruam, id quod et tradit Aristoteles, eoque aetate inferiores
Grani-

Nullig

Granius atque Arnobius. Non commemoramus Emplastrum externum, quod apud accuratissimos Medicinacul-
tores eo sub nomine occurrit, et quo illorum ducter et do-
ctor Galenus se usum scripsit *L. III. de C. M. P. G. c. 2.* Prae-
terimus Nauem Ouidii, qua uectus est, a Minerua nomen
habuisse, quemadmodum id ex illius libris *de Ponto* et
aliunde constat. Vnum referimus, egregium sapientiae
specimen edidisse, quibus in mentem uenerit de Minerua
aliter sentire, eandemque titulo Mineruae indignam minus
esse, cum huius uocis significatio, quanto sagacior nanciscatur indagatorem, tanto maiorem sui approbationem
consequatur. Quemadmodum aetherem, qui summam
mundi partem conitituit, ideo a maioribus dictum esse Mi-
neruam omnes sciunt: ita et neminem, siue stultior sit Co-
raebo, siue ouium induerit mores, male habebit, sapienti-
am nominari Mineruam, praesertim cum Phornuto et Isi-
doro testantibus, in eo tantum differant, quod illa in homi-
nis existat cerebro, haec uero e Iouis prognata fingatur. De
quibus licet plura essent dicenda, quae limites paginarum
forsitan excederent: paulo tamen nos pluribus agemus in-
fra, adeoque in praesens id nobis negotii datum esse cre-
demus, ut ea, quae nostrum explicatius reddere possunt argu-
mentum, sedulo inquirentur, inquisita uero proferantur.

Quamquam Deae illi, quam romano loquendi more
Mineruam appellauimus, multa a gentibus indita sunt nomi-
na, eaque fere infinita: tamen, cum is demum labor habeatur
laudatissimus, qui ex plurimis, quibus abundamus in
praesens, optima, ex optimis autem selectissima colligit, maio-
ris credimus interesse, breuiter ut percurramus, quae tan-
dem sint nomina, quibus prae ceteris et quidem proxime
salutatur. Quodsi itaque alia atque alia, quae ab omnis an-
tiquitatis scriptoribus posteritati relicta sunt, ingenii docu-
menta mente atque oculis perlustramus: non erit, existima-
mus, dubium, quin eo loco Minerua, quo eius historia ex-
plicatur et cultus, Pallas quoque audiat. Id ipsum Home-
rus, Callimachus, Maro, Ouidius, ex iisque dudum lauda-

tus,

Romano

rus, et de omni antiquitatis studio bene mēritus L. G. Gyr-
 raldus non obscure approbarunt. At enim uero non de-
 sunt uiri alioquin non ineruditi, qui Mineruam ueteribus
 Palladem fuisse dictam inficiantur, ducti singulari quidem,
 minus autem sufficiente ratione Festi, qui hanc contendit
 Palladem ideo nominatam, quod *in Pallante*, ut Poetae fabu-
 lantur, *Palude* ortum ceperit. Sunt, qui eo minus supra
 laudatis suffragium ferunt Poetis, quo solidiori, eam, quam
 Isācius fouet, sententiam inniti fundamento opinantur, si-
 quidem Pallantem Mineruae Patrem faciunt, quem haec sibi
 uim inferre conantem, obruncarit, ut in his laudatus Author:
 ἡ Πάλλαντα τὸν ἴδιον πατέρα πτερωτὸν ὑπέσχεοντα, καὶ βιάζοντα
 ταύτην, ὡς θέλοντα συγγένεσθαι, ἢ τὴν παρθενίην τιμῶσα τῆ-
 τον ἀνέλε. Quorum sententia propemodum displicet illis,
 qui de Deorum Dearumque origine elegantiores, nec ueritate
 penitus destitutas rationes reddunt. In primis Seruius,
 Plato, atque magnus Homeri scholiastes Eustatius supradictis
 minime subscribunt, quorum ille Mineruam dictam uult
 Palladem, a Pallante Gigante occiso, hi uero a graeco πάλλ-
 λειν, uel ἀπο τῆ ἀναπαλθῆναι αὐτὴν ἐν τῇ κεφαλῇ τῆ Διὸς ar-
 bitrantur. Equidem cuiuslibet illorum, suas ut defendat causas,
 facile largimur, nec cum quoquam de his temere conten-
 dimus. Quin potius ab hoc descendamus ad alia Mineruae
 dicata nomina, quorum tam multa apud scriptores occur-
 runt, ut eorum numerum non adeo facile sit inire Trito-
 niam arripotentem, quae poetis saepissime legitur, pro no-
 stra plerumque accipi, non poterit fugere eum, qui ani-
 mum ad studium poeseos adiunxit. Taceo Deam *στρατείαν*,
 Deam Steniadem, Deam Glaucopin, Deam Laphyriam, Deam
 Pilaetin. Tacitus praetereo Deam *γίγαντοφόντιδα*, Deam
 Axiopaenam, Deam *λήισην*, aliasque non nullas, sub quibus
 nostra tantum intelligitur. Vna tamen est, scilicet Polias,
 quae meretur, hac ut occasione illam in memoriam, et ad
 disquisitionem quoque uocemus. Quam quidem eiusque
 cultum, quo huic Athenienses inseruiebant, et honorem,
 cum paululum cogitatione percurrimus; non difficulter
 ani-

animaduertimus, nullam aliam sub illa intelligendam esse, quam nostram Deam. Ceterum ne rationem non minus propriam, quam necessariam omittamus, quamobrem illa sub nomine Poliadis Atheniensibus culta fuerit: nouimus ex Poetis, Deorum Maximum Iouem, qui unicuique urbi Deum uel Deam praeficere tutelarem consueuerit, etiam praecepisse, Atticae ut Minerua praesideret, atque eam reciperet in tutelam. Sicuti uero incolae Urbis arcem ακρόπολι, quae eo tempore πόλις appellabatur, sedem eidem perpetuam consecrarunt: ita et ab illo loco hanc Deam Poliadem appellarunt, non secus ac Iouem, qui ab Atheniensibus propter tutelam Urbis, atque praesidium summum Πολιεύς zeús dictus est, ut ex Pausania in Atticis, aliisque patet. Atque haec quidem omnia, et alia huius generis nomina ad nostram spectant Deam, cuius sat causae est, cur historiam tam e fabulis Poetarum, quam e numis ueterum exponamus, dataque hac differendi occasione, illam ipsam, pro uiril, qua Vittricem, contemplemur.

Ab historia igitur, quam Poetae de eius origine ferunt, ut faciamus initium, primus omnium Stesichorus hanc e Iouis capite natam fuisse, dixit. Ad cuius sententiam quam accedit Apollonius, testantur uerba, quae apud ipsum *l. IV. Arginaut.* extant:

Ἡρώσσαυ λιβύης τιμήσσι ἀΐποτ' Ἀθήνην
 Ἡμ' ὅτ' ἐκ Πατρὸς κεφαλῆς θόρε Παμφάνεσσα,
 Ἀντόμεναί τρίτων ἔρ' ὕδασι χυτλώσαντο.

Enimvero quod ab ambobus his Poetis de nostra Dea nude ponitur, et de eadem, nullis circumstantiis, quae legentium sibi gratiam et applausum saepius pariunt, adiectis recensetur, illud praeter ceteros Lucianus in *Dialogis*, et Pindarus in *Olymp. in Diag. Rod. hymno*, non minus egregio, quam singulari commento includunt. Hi enim Iouem introducunt parturientem, unaque cum eo Vulcanum, qui acutissima et praeualida securi, quam manibus tenet, caput illius, quod ipsi erat pro castris, subito diuidit, ex quo in duas partes di-

B

uiso

7
 uiso, nostram Deam erupisse armatam, eamque quidem tam
 uehementer exclamasse, Scriptores commemorati scribunt,
 ut caelum et terra ingenti motu concuteretur. Hesiodus
 autem, quem nonnullorum iudicio uiroꝝ aequalem fere
 esse Homeri nouimus, causam, quamobrem id contigerit,
 eam fuisse asseuerat, quod Iupiter, postquam Metin deuoraf-
 set, grauidus extemplo fuerit factus, indeque mox Deam
 ipsam Mineruam genuerit. *Vid. C. I. in Theog.* Athenodorus
 Bizantius cum illo non facit, sed ideo accidisse id perhibet,
 quoniam Deorum Princeps Iupiter, audiens, Thetidem esse
 grauidam, foreque, ut nasceretur ex ea, quae caeli potiretur
 imperio, illam absorbuerit, ex quo cibo Mineruam statim
 concepit, atque enixus est. Quae quidem omnia non sunt
 tanti ponderis, quin risum legentibus commouere possint,
 in primisque illis, qui nec fabulis Poetarum, nimisque illo-
 rum commentis multum tribuunt, nec ignorant, quot Poe-
 8
 9
 10
 11
 12
 13
 14
 15
 16
 17
 18
 19
 20
 21
 22
 23
 24
 25
 26
 27
 28
 29
 30
 31
 32
 33
 34
 35
 36
 37
 38
 39
 40
 41
 42
 43
 44
 45
 46
 47
 48
 49
 50
 51
 52
 53
 54
 55
 56
 57
 58
 59
 60
 61
 62
 63
 64
 65
 66
 67
 68
 69
 70
 71
 72
 73
 74
 75
 76
 77
 78
 79
 80
 81
 82
 83
 84
 85
 86
 87
 88
 89
 90
 91
 92
 93
 94
 95
 96
 97
 98
 99
 100
 101
 102
 103
 104
 105
 106
 107
 108
 109
 110
 111
 112
 113
 114
 115
 116
 117
 118
 119
 120
 121
 122
 123
 124
 125
 126
 127
 128
 129
 130
 131
 132
 133
 134
 135
 136
 137
 138
 139
 140
 141
 142
 143
 144
 145
 146
 147
 148
 149
 150
 151
 152
 153
 154
 155
 156
 157
 158
 159
 160
 161
 162
 163
 164
 165
 166
 167
 168
 169
 170
 171
 172
 173
 174
 175
 176
 177
 178
 179
 180
 181
 182
 183
 184
 185
 186
 187
 188
 189
 190
 191
 192
 193
 194
 195
 196
 197
 198
 199
 200
 201
 202
 203
 204
 205
 206
 207
 208
 209
 210
 211
 212
 213
 214
 215
 216
 217
 218
 219
 220
 221
 222
 223
 224
 225
 226
 227
 228
 229
 230
 231
 232
 233
 234
 235
 236
 237
 238
 239
 240
 241
 242
 243
 244
 245
 246
 247
 248
 249
 250
 251
 252
 253
 254
 255
 256
 257
 258
 259
 260
 261
 262
 263
 264
 265
 266
 267
 268
 269
 270
 271
 272
 273
 274
 275
 276
 277
 278
 279
 280
 281
 282
 283
 284
 285
 286
 287
 288
 289
 290
 291
 292
 293
 294
 295
 296
 297
 298
 299
 300
 301
 302
 303
 304
 305
 306
 307
 308
 309
 310
 311
 312
 313
 314
 315
 316
 317
 318
 319
 320
 321
 322
 323
 324
 325
 326
 327
 328
 329
 330
 331
 332
 333
 334
 335
 336
 337
 338
 339
 340
 341
 342
 343
 344
 345
 346
 347
 348
 349
 350
 351
 352
 353
 354
 355
 356
 357
 358
 359
 360
 361
 362
 363
 364
 365
 366
 367
 368
 369
 370
 371
 372
 373
 374
 375
 376
 377
 378
 379
 380
 381
 382
 383
 384
 385
 386
 387
 388
 389
 390
 391
 392
 393
 394
 395
 396
 397
 398
 399
 400
 401
 402
 403
 404
 405
 406
 407
 408
 409
 410
 411
 412
 413
 414
 415
 416
 417
 418
 419
 420
 421
 422
 423
 424
 425
 426
 427
 428
 429
 430
 431
 432
 433
 434
 435
 436
 437
 438
 439
 440
 441
 442
 443
 444
 445
 446
 447
 448
 449
 450
 451
 452
 453
 454
 455
 456
 457
 458
 459
 460
 461
 462
 463
 464
 465
 466
 467
 468
 469
 470
 471
 472
 473
 474
 475
 476
 477
 478
 479
 480
 481
 482
 483
 484
 485
 486
 487
 488
 489
 490
 491
 492
 493
 494
 495
 496
 497
 498
 499
 500
 501
 502
 503
 504
 505
 506
 507
 508
 509
 510
 511
 512
 513
 514
 515
 516
 517
 518
 519
 520
 521
 522
 523
 524
 525
 526
 527
 528
 529
 530
 531
 532
 533
 534
 535
 536
 537
 538
 539
 540
 541
 542
 543
 544
 545
 546
 547
 548
 549
 550
 551
 552
 553
 554
 555
 556
 557
 558
 559
 560
 561
 562
 563
 564
 565
 566
 567
 568
 569
 570
 571
 572
 573
 574
 575
 576
 577
 578
 579
 580
 581
 582
 583
 584
 585
 586
 587
 588
 589
 590
 591
 592
 593
 594
 595
 596
 597
 598
 599
 600
 601
 602
 603
 604
 605
 606
 607
 608
 609
 610
 611
 612
 613
 614
 615
 616
 617
 618
 619
 620
 621
 622
 623
 624
 625
 626
 627
 628
 629
 630
 631
 632
 633
 634
 635
 636
 637
 638
 639
 640
 641
 642
 643
 644
 645
 646
 647
 648
 649
 650
 651
 652
 653
 654
 655
 656
 657
 658
 659
 660
 661
 662
 663
 664
 665
 666
 667
 668
 669
 670
 671
 672
 673
 674
 675
 676
 677
 678
 679
 680
 681
 682
 683
 684
 685
 686
 687
 688
 689
 690
 691
 692
 693
 694
 695
 696
 697
 698
 699
 700
 701
 702
 703
 704
 705
 706
 707
 708
 709
 710
 711
 712
 713
 714
 715
 716
 717
 718
 719
 720
 721
 722
 723
 724
 725
 726
 727
 728
 729
 730
 731
 732
 733
 734
 735
 736
 737
 738
 739
 740
 741
 742
 743
 744
 745
 746
 747
 748
 749
 750
 751
 752
 753
 754
 755
 756
 757
 758
 759
 760
 761
 762
 763
 764
 765
 766
 767
 768
 769
 770
 771
 772
 773
 774
 775
 776
 777
 778
 779
 780
 781
 782
 783
 784
 785
 786
 787
 788
 789
 790
 791
 792
 793
 794
 795
 796
 797
 798
 799
 800
 801
 802
 803
 804
 805
 806
 807
 808
 809
 810
 811
 812
 813
 814
 815
 816
 817
 818
 819
 820
 821
 822
 823
 824
 825
 826
 827
 828
 829
 830
 831
 832
 833
 834
 835
 836
 837
 838
 839
 840
 841
 842
 843
 844
 845
 846
 847
 848
 849
 850
 851
 852
 853
 854
 855
 856
 857
 858
 859
 860
 861
 862
 863
 864
 865
 866
 867
 868
 869
 870
 871
 872
 873
 874
 875
 876
 877
 878
 879
 880
 881
 882
 883
 884
 885
 886
 887
 888
 889
 890
 891
 892
 893
 894
 895
 896
 897
 898
 899
 900
 901
 902
 903
 904
 905
 906
 907
 908
 909
 910
 911
 912
 913
 914
 915
 916
 917
 918
 919
 920
 921
 922
 923
 924
 925
 926
 927
 928
 929
 930
 931
 932
 933
 934
 935
 936
 937
 938
 939
 940
 941
 942
 943
 944
 945
 946
 947
 948
 949
 950
 951
 952
 953
 954
 955
 956
 957
 958
 959
 960
 961
 962
 963
 964
 965
 966
 967
 968
 969
 970
 971
 972
 973
 974
 975
 976
 977
 978
 979
 980
 981
 982
 983
 984
 985
 986
 987
 988
 989
 990
 991
 992
 993
 994
 995
 996
 997
 998
 999
 1000

At ne longiores uerbis, quam re ipsa uideamus, necesse
 est, historiam nostrae Deae pertexamus, illamque ex ueterum
 scriptis solertiori cura diligentiaque arcessamus. Omitimus,
 quae de illius educatione fabulis consignata existant, nec operae
 pretium ducimus, Apollodori, *qui, L. III. Biblioth.* eam apud
 Tritonem educatam docet, atque Possidonii, cuius scripta
 Daedalem ingeniosam alias mulierem, illius nutricem perhi-
 bent atque educatricem, memoriam replicare. Nec uacat
 in praesens, ex antiquioribus omnia omnino inuenta recitare,
 quae soli nostrae Deae accepta feruntur. Adeo, ut, illis
 con-

confulto neglectis, ad res fortiter ab ea gestas transeamus, et recensendis illis, quoad fieri potest, operam nauemus. Est uero omnium palmaria, et narratione non indigna, quod aduersus γηγεῖς, quos appellat Euripides, uel nobis quidem interpretibus, contra Gigantum monstra fortiter pugnasse, eademque feliciter superasse feratur. Apud Poetas enim legimus, quoddam genus quondam exitisse hominum, qui, cum corporis mole inter omnes eminent, adeoque ipsam terram nimis sibi angustam putarent, eo fuere prolapsi superbiae, ut, neglecta terra, caelum occupare, Deosque ibi habitantes detrudere, communi consilio decreuerint. Pessimum uero Gigantum decretum omni ex parte frustrata est summi Iouis uigilantia, quam fuisse tantam contendunt Poetae, ut illis, ne decretum insperatam exciperet uictoriam, debellandis, nostra Dea communi Deorum suffragio obuiam fuerit missa. Quae quidem, quomodo galeam et aegida, currusque et rabiem parauerit, aduersus Gigantes pugnatura, et quomodo illa ipsa iacula in pugna emiseric, iisdemque modo hunc, modo illum interfecerit, nostram non est, nimia uerborum copia explicare. Vnicum commemorasse sufficiat, quod Callimacho, nec pessime notum, obseruauimus, cruentam nostrae Deae aduersus illos fuisse pugnam, adeo, ut Pallante eiusque commilitonibus occisis, equi curru falcato, e quo pugnauerat, iuncti, multo ibi sanguine, multaue caede conspersi, in Oceani undis ab illa fuerint loti. Ut est in his:

Ἄλλὰ πολὺ πρᾶτιον ὕψ' ἄρματος ἀρχένας ἴππων
 λυσομένα παγῶς ἐκλυσεν ὠκεανῶ.

Consimilis quoque rationis pugnas nostrae Deae aduersus alios fuisse multas, cum liquet e graecis, tum e latinis Poetis, quorum principes auctores sunt, neminem Deorum felicius unquam aduersus suos hostes, quam illam ipsam, pugnasse. Id quod ostendi a nobis facile potest, modo praeter ceteros in scenam producamus uirginitatis illius infi-

diatores, inprimis Vulcanum et Tiresiam, quorum alterum ab illa nonnunquam repulsum, alterum, quod illam sese abluentem fonte Heliconidis Hippocrenes forte nudum confpexerit, caecum factum, eorum scripta nobis relicta tam indiligenter perferutatus est nemo, qui ignoret.

Esti uero ex Poetarum scriptis, quae proposuimus, maxima parte sunt deducta, nec parum nostra interest, imaginem, qua gaudet, singularem ex iisdem pariter adumbrari: non tamen his acquiescamus tantum, sed alios etiam adeamus, inprimisque ueterum numos romanorum, qui illam, eo, quem quaerimus, modo expressam ante oculos ponunt. Principio itaque minus est mirandum, si mundi loco muliebris insigniter armata in illis quidem ipsis occurrat. Nam quanto maior uidebatur dignitas, quae a summo Ioue ipsi erat delata, et quanto difficilius semper a uerbis iudicabatur, belli praesidium, quod nostra, qua illius inuentrix, habebat, optime tueri: tanto grauiora fingebant arma, quibus illa tanquam fortissima et uictrix Dea uteretur. Caput, ut solide e numis edocti sumus, caspide, quam acuta cuspis et cristae decorabant rutilantes, et quidem aurea tegebatur, cui gallus etiam gallinaceus, ut et ait Pausanias, insidebat. Quod si uultum accuratioribus aspiciamus oculis, et prudentiorum sententias in eundem quaeramus: constabit, omnino, uirili eum similiorem, quam muliebri fuisse, et crudelitatem, quae longe alias a sequiori remota est sexu, truculentam spirasse. Hic si mirari subeat, quid tandem sit, quod Mineruam uicticem ita delineatam et numis insignitam deprehendamus: indicio fore, subiicit Valerianus, omnia haec optime illi quadrare, quam antiquiores masculo-faeminam crediderunt. Quocirca non male existimat Phornutus, illam vocari Ἀθηναίαν, quod, licet faemina sit, minime tamen muliebribus deliciis eneruetur. Optima uero sententia, et iustis laudibus dignissima, quae ostendit, inuictissimam nostram Deam fortissimas actiones, quas uiri praestantissimarum uirtutum studio exercitatisimi experiri solent,

Nudam

summo Ioue

Sezer

19

lent, suscepisse iuxta ac superasse, maxime autem eo contēdisse, ne terrore metuue, uel delitiis, quibus elegantiae sexus irretiri plerumque solet, uel aliis eiusdem generis utriusquam infringeretur. Neque alia suberat causa, quamobrem ueteres illam, et in numis, et in statuis oculis fecerint toruam, et glaucis, et modo clypeo crystallino, modo aegidi, quam gestabat, modo alii corporis parti, Medusae, unius de Gorgonibus caput, anguibus horribile, et linguam exerens, inesse uouerint. Quorum optime gnarus Poeta Romanus non ineleganter *L. VIII. Aen.* scribit:

*Aegidaque horrificam turbatae Palladis arma,
Cervatim squammis serpentum, auroque polibat,
Connexisque angues, ipsamque in pectore diuae
Gorgona, deserto uertente lumina collo.*

Dextram, quod attinet, manum, consecrant huic Pausanias et Apollēus hastam, quam uibrare apparet, praelongam: nos illis tantopere non adstipulamur, quin numum Caracallae apud Trifstanum, et alium Pescenni Nigri apud Ioannem Vaillantium, omnibus iis in contrariam partem declinantibus, longissime praeponomamus. In illis nostram Deam non hasta praelonga, sed ipsa Victoriola, quam dextra tenet, comperimus exhiberi, adeo, ut exinde colligi liceat, illam tanquam solam *Νικηφόρον*, quam Graeci uocitant, et quod idem est, uictoriarum causam semper fuisse habitam. Verum tamen nemini mirum uideatur, nostram Deam alioqui dextra malum punicum, galeam autem sinistra praeferentem occurrere. Id quod Harpocration Lycurgi auctoritate suffultus asseuerat: *Νίκη Ἀθηναία, Λυκούργος ἐν τῷ περὶ τῆς ἱερείας, ὅτι Νίκης Ἀθηναίας ἔδανον ἄπτερον ἔχον ἐν μὲν τῇ δεξιᾷ ροιάν, ἐν δὲ τῇ ἐνωτέρῳ, κέρανος, ἐτιμᾶτο ὅτι δὲ ἐτιμᾶτο παρὰ Ἀθηναίους, δεδήλωνεν Ἡλιόδωρος περιγηγῆτης ἐν τῇ πρώτῃ περὶ ἀεροπόλεως.* Quo fit, ut doceamur, quae uaria ornamentorum genera ueteres nostrae Deae assignauerint, numo uix et ne uix quidem includi posse. Loricam tandem aeream, quae corporis legit, et noctuam autem, quae ad pedes interdū

Eleganter

16

17

18



fingitur, illi attribui, notiora sunt, quam ut pluribus e numis paulo superius adductis debeant explicari.

19
Rom

Ita pro uiribus ingenii fati expositum uidetur, atque declaratum, quod de rebus, quas nostra Dea fortissime gessit, et illius imagine tam scripta ueterum quam romanorum numi praecipunt. At Gisbertus Cuperus, et nonnulli alii eruditorum, in antiquitatis studio non perperam alias uersati, quae de illa dicta sunt, tam iniquo ferunt animo, ut Mineruam Victricem in Minerua Victrice desiderare, nullamque unquam extitisse Mineruam, quam appellamus, Victricem, effari audeant. Causa autem palmaria, quamobrem eiusmodi amplectantur sententiam, auctoritate suffulta est Nonni Panopolitani, qui, quod alii de Minerua scribunt, illam cum Ioue contra Gigantes stetit, id Victoriae tribuit:

Καὶ Δι μνωθέντι παρήγορ' ἴνεο Νίκη,
ἤερ' ἄκρα κέλευθα διαγρέψασα πεδίλω.

20

Et si uero, quis Nonnus fuerit, et Cuperus, non ignari sumus, ob eamque causam scripta eorum solida eruditione tincta admiramur: inficias tamen non imus, quae laudibus et honori nostrae Deae detrahuntur, illa, ueritate diligentius perspecta, placere nobis atque approbari minus posse. Fateamur, Nonnum non iniuria Victoriae pugnam aduersus Gigantes tribuisse, propterea, quod propter nomen, quo insignis, insignis et esse rerum gloria mereatur. Demus nos et illud ipsi, licet. Nequaquam tamen inde consequitur quicquam, quod nostrae sententiae sit contrarium. Habemus insignem Poetam Tragicum, et quem Nonno aetate longe superiorem nouimus, Euripidem, qui nostram Deam, non qua Minerua, sed qua Minerua sit Victrix, Ioui aduersus Gigantes auxiliatricem facit:

21

Μὰ τὴν παρασπίξασαν ἄρμασιν ποτὲ
Νίκην Ἀθηνᾶν ζῆνι γηγενεῖς ἔπι:

Cui

Cui cum maior fides sit danda, tantum adest, ut Nonno soli assentiamur, ut potius nihil nos sua auctoritate moueri profiteamur, quam non carere falso constat. Neque uero nobis imperare possumus, ut uictas manus iis demus, qui Alexandri Magni, quem, parta celebri uictoria, aras Mineruae simul et uictoriae extruisse, Curtius *L. VIII. 1. 11.* refert, exemplo commoti, in eandem sententiam inclinant. Certe non dubitamus, quin maximus ille Asiae domitor habuerit causas, quibus ductus uictoriae iuxta ac Mineruae aras strui uoluerit, neque alteram alteri postponendam putarit. Nihil ambigunt docti, nec ipsi quidem Curtii explanatores, quoad meminimus, illud negant. At enim nondum legimus quendam illorum, qui inde conuicere ausus fuerit id, quod Nonni et Cuperi suffragatores uolunt. Intelligimus ex Gyrardo, extare in regione quadam Hispaniae marmoreum facellum, cui hoc lemma inscriptum legitur: *Palladi uictorisacrum*, quod Cato eo in loco, quo hostium profligauit reliquias, miro condendum artificio curauit. Quo minus autem exinde conficiendum quis putet, non esse uictoriam, quae uictoriae ueniat nomine: eo minus eum locum, damus, sufficere citatum Curtii, ut inferre queat, nostram Deam non eam esse, qualis a nobis agnoscatur. Omitto plura, quae ad nostram defensionem afferri possent, siquidem in praefens nostri potius est instituti, inquirere, quae aduersus nos ab aliis expromantur.

Est quibusdam persuasum, siquidem uictoria inuolucris, quam Graeci *ἀντιγον Νίκην* uocitant, dextra malum punicum, et galeam sinistra praeferat, iisque non caruerit nostra Dea: futurum, ut inter utramque nulla differentia et dissimilitudo intercedat. Hoc illud est, quod credunt, pugnant, et contendunt cum doctissimo antiquitatis alioquin explanatore Gyrardo, quem tamen toto caelo errare, in promptu est. Haud sit enim opinionem illam ex male intellecto Harpocrate, adeo quidem, ut hunc, quem de Minerua uictrice tantum differ-

24

seruisse scimus, Victoriā subintellexisse inuolucrum putet. Causam, ut loquamur ingenue, nullam habemus, quamobrem a doctissimo Harpocrate, cuius uerba, quibus imaginem descripsimus nostrae Deae, sedulo allata sunt, plane discedamus. Immo uero illam dextra malum punicum, sinistra galeam praetulisse, facile libenterque concedimus. At enim uero, ut eandem fuisse cum Victoriā inuolucris, concedamus, aliisque persuadeamus, nec adduci possumus, neque poterimus unquam. Quod si numos, in quibus Victoriā inuolucris effigies repraesentatur, in oculorum iudicium adducimus, obseruamus non sine admiratione, galeam non sinistra manu ab illa, uel capite, ut docet, praeferrī, sed pede insigni admodum contemptu, premi. Ceterum ab illa maxime differt nostra Dea, quam, ut identidem accepimus, galeam, tanquam proprium suum decus, capite, et si non capite, sinistra tamen manu praeferre, numi testantur. Ex quo intelligitur, quod diximus, qualem Gyraldus, eiusque defensores uolunt, talem nostram a nobis non credi, adeoque cum Victoriā non esse eandem, sed plurimum ab illa differre.

25

Atque haec sunt, quae pro exiguo ingenii captu de Minerva Victrice in praesens disserere dum putauimus. Minus quidem perperam, nos, arbitramur, facturos, siquidem huius fabulae sensum, qui Graecis ἐπιμόδιον appellatur, et quae ex morali doctrina sapientissime sub illa occultauit antiquitas, subiungere studeamus. At enim cum legibus prohibeamur, ulterius progredi, et paginae adeo plura, quae alias in promptu sunt, suas ob angustias capere nequeant: obseruantia, qua par est, hic subsistere uolumus. Immo uero eo maiori debemus, quo maiori spe nitimur, atque fiducia, fore, ut exilia ista, nec satis exulta, quae in praesens in medium attulimus, aequi bonique consulantur, et quae restant, commendato a nobis fauore atque beneuolentia expectentur.

Ung. VI 58. (1)

ULB Halle

3


002 686 287



56,

VD17
Sep. 2000 Pcl.







Q. D. B. V.
RECTORE MAGNIFICENTISSIMO
SERENISSIMO PRINCIPE AC DOMINO
DNO, FRIDERICO AVGVSTO
ET
SVFFRAGANTE PHILOSOPHORVM
IN
ALMA VITEMBERGENSI COLLEGIO
DISPVTATIONE PRIORI
MINERVAM
VICTRICEM
D. XVIII. KAL. DECEMBRES
clo lo ccIII
ERV DITORVM EXAMINI SVBMITTENT
PRAESES
M. IO. GERARDVS PAGENDARM
ET
RESPONDENS
GABRIEL HASENBERG
LVBECENSES

VITEMBERGAE, PRELO GERDESIANO

